

Praxeos
 CHYMIATRICÆ
 SECTIONIS
 SECUNDÆ

De
 MEDII VENTRIS
seu
 THORACIS
 AFFECTIBUS.

Cap. I.

De

Anginâ.



UM fauces tumore
 præcluduntur ut respira- *Anginâ.*
 re ac deglutire nix liceat,
 indeque tum cibi & po-
 tus aërisque necessari-
 us prohibeatur usus, vel ab angendo
vel

vel à Græco verbo *Άγγειν*, quod Latinis *strangulare, suffocare & angere* significat, ANGINAM dicunt. Quæ communiter dividitur in notham & exquisitam. *Notha* est faucium tumor ex malâ digestionem & cruditate ferè citra ruborem, sine febre & inflammatione, aut saltem exiguis. Hanc Galenici à Catharro fieri volunt cum tantam mucî copiam, quam non aliunde, quam à cerebro provenire credebant, vel spissiorém in ore decumbere vel tenuiorém profluere viderent, non advertentes faucium meatum præclusum laticem salivalem diversi juxta fermentum suum saporis & consistentiæ ex ductibus salivalibus profluentem non admittere. Ad notham refertur & ea quæ ex luxatione vertebrarum colli & quæ ex assumptione Solani somniferi faucium æstrictione contingit, *Exquisita*, de quâ proprie hujus loci, est inflammatio faucium cum febre continuâ & acutâ tumoreque fauces coarctante, respirationem & deglutionem impediens. Paracelsus vocat *Prunellam* vulgò *Dè Breüne* Lib. 2. de Tartaro tract. 2. cap. 5. pag. m. 431. *Prunella est passio Principalis cum paroxysmo proprio, existens in caloribus, ducens originem ex salibus*

Notha
&

Exquisita.

Cap. I. De Anginâ. 209

libus vitriolatis, contra regionem propriam & ipsam naturam pugnant, una de speciebus Pleuresis, & pestis, cum calidibus vitriolatis. In hac definitione causam prunellæ, quæ Galenicis Catharri seu fluxus calidi & biliosi soboles est, sal vitriolatum dicit, quod contra regionem propriam præter naturam in hepate restagnat, cum per urinam debebat expelli illudque vitio Tartari, unde sulphur sanguinis transplantatur vitiosâ fermentatione & putrescit, ubi se ab yleido separat & ascendit, transit enim de corpore in aërem i. e. volatilifatur, ascendit ad collum, accendit & tumorem conciliat. vide Paracels. lib. 2. de Tart. tract. 2. cap. 2. pag. m. 424. & 425. it. cap. v. pag. m. 431.

Signa est. loc. ult. in expositione textus pag. m. 432. enarrat. Prunella) signa ejus sunt, quod primò in faucibus & linguâ rubedo venit, postea niger color. Tertiò als legen Kohlen auff der zungens und vverden Blätterlein auff der lingua & duo tres colores sunt vera signa prunellæ, reliqua signa sunt ut in Pleuresi & peste.

Curatur Angina venæsectione & educatione sub linguâ; instituitur autem illa rectè in brachij venâ, præsertim in principio

Causa
prunellæ)

Curatio

O

capio

cipio morbi, vid. *Hoefer. in Heracle me-*
dico. Horst. oper. tom. 1. pag. 336. quest.
15. & tom. 3. pag. 49. quest. 4. Riveri-
us in Praxi lib. 6. cap. 7. de Anginâ
pag. m. 293. Pro extremo remedio
commendat venarum jugularium se-
ctionem, cujus etiam felicem successum
testantur Trallianus lib. 4. cap. 1. & Za-
cût Lusitanus observ. 89. l. 1. Prax. 1.
admirand. Quod si autem robur & vi-
res patientes ferant præmitti poterit
Vomitorium ex aquâ benedictâ Rulandi,
præsertim si febris urgeat. Quod si au-
tem vomitorium locum habere nequeat,
ad specifica statim recurrendum. Hart-
mann. in prax. pag. m. 130. Gargarisma-
ta primum hic sibi locum vendicant,
& si æger gargarizare nequeat siphunculo
injiciendus est gargarismus. Fiant au-
tem hi ex aquâ plantaginis, prunelle, pe-
paveris rhæados cum spiritu Tartari &
enodyno minerali, quod vulgò lapis pru-
nelle dicitur, mixtis. Laudant alii non
sine ratione salem urina, indeque non
immeritò, a quibusdam urina pueri sani
adhibetur. Et Canis stercus, (quem qui-
dam per triduum ossibus nutrire volunt)
byrundinum, columbarum, capra, item,
fel auferis, tauri, cinis seu sal byrundi-

Cap. I. de Anginâ. 212

rum, cancrorum ulcorum & coeblesum,
rasura dentis apris &c. in gargarismate aut
linimento juvant, quia sunt naturæ al-
calicæ facileque sulphur sive acidum san-
guinis putridum absorbent. Paracel-
sus loc. cit. curam Prunellæ auspicari
jubet sicut pestis, in hâc autem præstans
gargarisma præscribit in tractat. de pe-
stilentia an die Stadt Sterzingen, pag. m.
358. quod repeto. So aber, inquit, die
Bräune gemerckt vwürde (so gemei-
niglich mit leufft) so nimb sechs oder
acht lebendige Krebs, und drey oder
vier handvoll hauswurcz, die stos in
einem mörsel vwohl durch einander
und druck den Safft heraus. Mit dem-
selben Safft soll mann die zunge scha-
ben u. vwaschen auff das beste so man
kan und ein vwenig darvon zu trin-
cken geben. Also v wird die Breune ge-
nommen; Quod si autem illa, dicit in
expositione textus de curâ prunellæ lib.
2. de Tartaro, tract. 2. cap. 5. pag. m. 432.
juvare non posset, sequitur compositum
ut est in textu. * Zungenschaben mit einem
tuch, es sey Scharlach oder anders, semper
gargarisare & tursus schaben, iterum ein
trunk post horam und schaben. Materia
mus hin vweg geschabet vverden, quia fa-

cit mortem in linguâ, ideo *schaben* usque dum sanguis etiam exeat, nihil nocet.

* Compositio Diaprunellæ.

Rec. *Aquar. Prunell.* lb. j.

Laudani puri ℥℞.

Misc. Fiat haustus secundum cobob,
 & gargarismus cum mundificatione linguæ & est ultimum medicamen in prunellâ.

Quidam verò cultrum, quo lingua radenda ex ligno *salicis* vel *hedera* conficere jubent, quod non contemnendum censeo. Ego feliciter sequenti utor gargarismate.

Rec. *Aq. plantag.*

Prunelle ana lb. ℞.

Succi sedi maj. ℥iiij.

Spir. sal. Armoniaci ℥ij.

Misc. F. Gargarisma.

Et *Campora* in Gargarismis vires præcellentes obtinet. Not. Anodyno minerali sive lapide prunellæ, quem angina-

ginarum remedium agnoscit & ipse Hel-
montius lib. de flat. pag. m. 343. No. 62.
si in collutionibus, uti velis, non confi-
cito cum sulphure, sed ℞. Salis Nitri lib. j.
cujus particulas pedetentim in cruci-
bulum benè candentem injice, alias o-
ptima materia exilit, nec hoc modo i-
gnetas salis nitri aufugit, sed remanet,
quod alias in communi preparatione
fieri solet cum sulphure, salem Nitri
liquefactum post in lapidem effundis
vo & usui adhibero.

Anody-
num mi-
nerale.

Quod si autem his neque resolvatur
neque suppuretur tumor faucium, sed
induretur, utere emplastro emolliente
& maturante, quale est Riverii com-
positum in Praxi lib. vi. cap. i. pag. m.
295.

℞. Rad. Altheæ
bryonia
Cucumer. agrest. ana ℥j.
fol. malv.
Parietar.
Origani
Centaur. min. ana mj.

0 3 Ca.

214 Prax. Chym. Sect. II.

Caricar. ping. par. vj.

Sem. lini

foenugrae. ana ℥j.

Coquantur, pistentur, & per se-
taceum trajiciantur; deinde
adde.

Pulv. Hyrund. combusti.

Stercoris Canis ossa rodentis
ana ℥ij.

Sulphuris viv. ℥j.

Butyri rec.

Axung anat. ana ℥j.

Olei Anethini ℥ij.

Fiat Cataplasma.

Nec peccabis si huic composito gum-
mi ammoniacum l.a. addideris. Si verò
his tumor ad suppurationem perveniat
& per abscessum rumpatur, ulcus ab-
stergentibus mundandum & probe de-
tersum consolidandum erit.